

**Sequitur dominica quarta.**

**Sermo primus.**

**A**scendente ihesu in nauiculam: secuti sunt eius discipuli eius etc. **Matth. viij.** Sepe conuenit quod quando quis penitentiam inchoat: grauis temptatio eum pulsat: nec deum liberat. Ideo currere debet ad deum per frequentem orationem et perseuerantem instare donec impetret dei misericordiam. Et tunc aliquando tanta eum gratia sequetur quod ipse etiam in admiratione excipitur. **Ista per ordinem in isto euangelio exprimitur.** Primo enim ponitur penitentia assumptio. Cum dicitur. **Ascendente ihesu in nauiculam.** Tunc autem ihesus in nauicula ascendit quam quis sine salutis auxilio pernitentiam facere incipit. Per nauiculam quod penitentia significatur quod per ipsam homo ad portum salutis ducitur. Et quicquid extra istam inuenitur ad portum salutis non perueniet sed ipsum vinda infernalis deuorabit. Et ideo significata est per archam noe. quod illi qui in eam ascendunt fuerunt saluati. Qui vero non ascendunt: fuerunt submersi. **In hoc tamē distat illa archa ab ista nauicula.** secundum sententiam **Crisostomi** in libro de laudibus **pauli** quod in illam archam lupus intrauit et lupus exiit: leo intrauit et leo exiit. coruus intrauit et coruus exiit. homines intra

uerunt homines exiuerunt quia nec lupo potuit auferre suam rapacitatem: nec leoni suam ferocitatem: nec coruo suam voracitatem nec hominibus mutare suam humanitatem. **Sed quicumque secundum beatum Johannem Crisostomum in hanc archam penitentiae intrauerit perseuerando: si erat lupus mutatur in agnum. quia si erat raptor: vel furarius vel auarus: dimittit rapinam et induit innocentiam. quia nihil nocet sed omnibus prodest.** Si erat leo mutatur in ouem: quia si erat elatus per superbiam: efficitur mansuetus per humilitatem veram. Si erat coruus mutatur in columbam: quia si appetebat carnes: nunc appetit pura gratia id est si appetebat carnales voluptates: nunc appetit spirituales refectores. Si enim ad instar corui differrebat suam conuersionem proerastimando. iuxta illud **Sophocles** secundo. **Vox columbe habitantis in fenestra coruus in superliminari: eam facit gemitibus ad deum clamando.** Iuxta illud **Isaie** decimo sexto. **Quasi columbe meditates gememus et cetera.** Unde dicit **beatus Augustinus.** Illa res est que multos occidit dum enim dicitur **serpens** et clauditur ostium et remanet foris cum voce coruina. quod noluerunt habere gemitum columbinum. **Item homines secundum Crisostomum in ista nauis penitentiae**

Psal. Omnia quae  
Differet enim malum in  
creator: et curam suam  
agens creatura agit  
labore sicut est homo  
malitia. Aut cum motu  
est sola terra luminata  
operatur sine labore  
mora. Quia suo iure  
iste conuictio dicitur. **Ser**  
uato et sanabitur per  
sola voluntate operatur  
tunc dicitur. **Dominus**  
me mundabit. **Nos**  
mur. quia uerba sine  
timem. Cum tamen  
tem. **Quis** non timet  
gendum. **Nec** ad huc  
existens. **Ique** omnia  
cogitans. **Opera** uita  
Ad huc **uoluntate**  
da et aperta sunt oculi  
tem gemitum conuenit  
na. **secundo.** **In** diuina  
tis est. **patente** et  
tis conuenit. **Ignos**  
am benignitas dei ad  
te adducit. **Iste** autem  
ualte mentis expansione  
diuinae potentie habuit  
a uerba sine sapientia  
amore. **uerba** sine humilitate  
benignitatis habuit  
a honore.

**Sequitur alia dominica**



mutantur in angelos. Angeli enim  
ex natura habent excellentem pu-  
ritatem. Ex officio deo assistere et  
nobis ministrare. Ergo et serui dei  
in nauis penitentiae ingressi ad simi-  
litudinem angelorum puritatem  
mentis et corporis seruant. habē-  
tes per gratiam quod angeli ha-  
bent per naturam. Insuper deo assi-  
stunt per ascensum contemplatio-  
nis: et proximo ministrant conde-  
scendendo eis per sobrietatem di-  
cretionis. secunde Corinth. quinto  
Sine mente excedimus deo: siue  
sobrii sumus vobis. Secundo post  
penitentiam assumptam sequitur  
sepe magna temptatio. Et hoc no-  
tatur cum dicitur. Et ecce motus  
magnus factus est in mari. Eccle-  
sia. secundo. Fili accedens ad ser-  
uitutem dei sta in iustitia et timore  
et prepara animam tuam ad tem-  
ptationem. Commotio autem in  
mari triplici ratione accidere con-  
suevit. Aliquando a causa superi-  
ori. hoc est a stellis et maxime ec-  
raticis secundum Augustinum in libro  
de vita beata. Ista etiam causa in-  
nuitur in epistola Iude secundo.  
Insidius feri maris. despumantes  
suas confusiones: sydeā errantia  
quibus procella tenebrarum con-  
seruata est in eternum. Aliquan-  
do accidit a causa inferiori. hoc est  
ab ipso fundo maris quando mi-  
nis feruet et bullit. Ista tria tan-  
gunt Job quadragessimoprimo

vbi dicitur de leuiathan quod ferue-  
scere faciet quasi olla; profundum  
maris: et olet quasi cum vigenta  
bulliunt. Aliquando a causa me-  
dia. id est a vento ab aere veniente  
et undas maris continente. Ista  
causa tangitur Daniel septimo.  
Videbam in visione noctis et ecce  
quatuor venti pugnabant in ma-  
ri magno. Turbatio igitur et tem-  
ptatio in seruis dei aliquando ac-  
cidit a causa superiori. id est a deo  
permittente ad ipsorum humili-  
ationem et gratie conseruationem  
sicut accidit paulo qui dixit secun-  
de ad Corinth. decimotercio. Ne ma-  
gnitudo reuelationum extollat me  
et cetera. Aliquando a causa infe-  
riori id est a tyranno aliquo perse-  
quente. Vnde dicitur Mathei deci-  
motercio. Ex illis occidetis et ceci-  
figeris et persequimini de ciuitate  
in ciuitatem. Aliquando ex causa  
media. id est a demone seuiente qui  
in aere caliginoso moratur. sicut  
patet in Job secundo. Egressus est  
sathan a facie domini et percussit  
Job lacer pessimo. Ista sunt illa  
tria de quibus dicitur Mathei sep-  
timo. Descendit pluuia et uenerunt  
flumina et flauerunt venti. Per plu-  
uiam que de celo descendit intelli-  
gitur aduersitas a deo missa. Per  
flumen quod per terram fluit intelli-  
gitur persecutio a tyranno terre  
non inflata. Per ventum qui ab aere  
venit intelligitur temptatio ab ip-  
so dyabolo destimata. Ista autem



turbatio maris tam seua fuit vt nauicula pene operiretur fluctibus. Vnde Remigius in omelias dñs procellis turbationum et temptationum solent concuti. fides. spes et caritas. quas procellas sic de? insurgere permittit vt pene splendor fidei obtenebrescat spei celsitudo contabescat et flamma caritatis refrigeret. **Tercio** in ipsa temptatione et tribulatione fit sepe dñi auxilij subtrahio. Quod notatur cum dicitur. **Ipse vero dormiebat** vbi notatur qd deus semper alicubi dormit et vigilat. Aliquando alicubi dormit aliquando vigilat. In inferno autem semper dormit quia damnatos perpetue obliuioni tradidit. Vnde Job vice primo quarto. **Obluiscatur eius misericordia** et cetera. In celo semper vigilat quia semper sanctos suos custodit et coronat. Vnde Daniel decimo tertio. **Ece vigilat sanctus**. In presenti autem seculo quando qd vigilat seruos suos a tribulationibus et temptationibus custodiendo. Ideo etiam dicit Propheta. **Ece non dormitabit neq; dormiet qui custodit israhel.** Quandoq; autem dormit ipsos tribulationibus et temptari permittendo. Ideo dicit Propheta. **Exurge quare obdormis domine.** **Quarto** in ipsa temptatione et diuini auxilij subtractione debet fieri clamorosa oratio: quod notatur per hoc qd dicitur qd accesserunt et suscita

uerunt eum dicentes. Domine salua nos perimus. Scdm autem Crisostomum dominus noster ihesus Christus fecit in mari magnam turbationem vt magna turbatio magnam discipulis incuteret timorem. et magnus timor induceret eos ad clamorosa orationem. Et clamorosa oratio induceret dominum nostrum ihesum christum ad magni miraculi operationem et magnum miraculum induceret homines ad fidem et admirationem. Est igitur dominus noster ihesus christus tempore tribulationis clamorosis orationibus excitandus. Vnde beatus Augustinus. **Excita dominum nostrum ihesum christum in corde tuo vigilet fides tua. tranquilletur conscientia tua et liberabit manus tua.** Vnde beatus Hieronimus. **Premuntur iusti in ecclesia vt pressi clamant. clamantes exaudiantur. exauditi glorificent deum.** **Iste autem clamor non tantum debet fieri voce.** Juxta illud Psalmiste. **Voce mea ad dominum clamaui.** Non tantum corde. **Psalmista. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine sed etiam opere vt insistatur ieiunijs et orationibus et elemosinis et macerationibus corporis.** **Item tertio. Domine et iumenta et pecora non gustent quod quod sed clamet ad deum in fortitudine.** **Quinto** post clamorosa orationem sequitur diuina miseratio quod notatur cum



dicitur. Tunc surgens impetavit  
vento a mari: et facta est tranqui-  
litas magna. Ipsa enim tribula-  
tio est sicut quedam tempestas:  
que mentem conturbat. Est sicut  
quedam pluuia: que lacrimas ge-  
nerat. Et sicut quoddam nubilu-  
m quod mentem obscurat. Sed chri-  
stus nostris clamoribus excitatus  
omnem expellit tempestatem: et suc-  
cedit mira tranquillitas. Expellit  
nimiam pluuiam lacrimarum: et  
remanet iocunditas. De his du-  
obus dicit **Thob. quarto.** Post  
tempestatem tranquillum facis:  
et post lacrimacionem et fletum ex-  
ultationem infundis. Expellit om-  
ne nubilu: et emanet serenitas  
**Mathei. decimosexto.** Facto vespere  
dicit Serenum est. rubicundum  
enim est celum. Per vespere p[ro]p[ri]is  
vite. Per mane autem inchoatio  
vite eterne figuratur. In vespere  
igitur presentis vite in sanctis vi-  
ris est celum rubicundum. id est  
cor multis tribulationibus lace-  
ratum. Sed in mane habent eter-  
ne vite serenum id est cor iocundi-  
tatibus exhilaratum. **Sexto**  
de tante mentis tranquillitate cau-  
sa est magna admiratio. quod no-  
tatur per hoc quod dicitur Porro  
homines illi mirati sunt. Admiratur  
enim homo de tanta facilitate. **Ec-  
clesiasti. quadragessimotercio.** In  
sermone eius sibilavit ventus. **Psal-**  
**Tu dominaris potestati maris et**  
**cetera.** Admiratur de pristina tan-

ta amantudine et subsequuta tanta  
dulcedine. **Ps.** Sed in multitudine  
dolorum meorum in corde meo  
consolationes tue letificauerunt  
animam meam. Admiratur de p[ro]-  
funda difficultate et subsequuta faci-  
litate. **Bernardus in sermonibus.**  
Turbatur aliquis vehementer si-  
ue corporali quouis incommodo  
vel turbatione aliqua seculari seu  
accidia spiritus et cum quadam de-  
fectione languescens. Jam temp-  
tari incipit supra quod valeat sustine-  
re. Arbitror sane velut quibusdam  
manibus huiusmodi homines in-  
terdum ab angelis supportari. ut  
quodammodo non sentientes tra-  
seant: que tanto tempore formida-  
bant. ut parum postmodum mi-  
rentur tam super posteriore facili-  
tate quam super priore difficultate.

**Sequitur sermo secundus eiusdem**

**A**scendite ihesu in nauem  
iam secuti sunt eum disci-  
puli eius et cetera. Olim  
fecerat deus nauem innocencie  
qua posuit adam ut cum illa ad  
celestem patriam tenderet. Sed il-  
la nauis naufragium percutit. cum  
ipse adam peccauit. Deinde se-  
cit naue: synagoge quam tantum  
terrenis mercibus oneravit. et a  
iudeis tantum terrena promisit.  
Sed ista nauis naufragium per-  
tulit quando gubernatorem eius  
scilicet christum iudeus occidit.



Ideo fecit tertiam nauem scilicet ecclesiam que quemadmodum nauis in principio arcta fuit: qua paucos habuit credentes. In fine autem scilicet in tempore antichristi erit angusta quia tunc pauciores erunt fideles. In medio autem lata quia modo fides est multum dilatata. De ista autem naui ecclesie sic dicit Crisostomus super Matheum Nauigat ecclesia instructa fidei gubernaculo felici cursu per huius seculi mare habens deum gubernatorem. angelos remiges. portans choros omnium sanctorum: erecta in medio ipsa salutari arbore crucis. In qua euangelice fidei vela suspendens. flate spiritus sancti ad portum paradisi ad securitate quietis eterne adducitur. Vbi Crisostomus describit nauem ecclesie quantum ad octo primo quantum ad mare quod habet transire Cum dicit quod nauis per huius seculi mare. Mundus enim iste mare periculosum dicitur quia in eo multi naufragium patiuntur. In mari sicilicet ubi est scylla et caribdis vix de decem nauibus euadit vna. In isto autem mari vix de decem animabus liberatur vna. Unde dicit beatus Augustinus. Amas mundum: et absorbet te. Amatores enim suos vorare nouit: non portare. Ideo rogat propheta dicens. Non me demergat tempestas aque: neque absorbeat me profundum a cetera. Tria ro-

gat Psalmista scilicet quod non demergatur. aut quod non absorbeat: aut quod non includatur. Illi demerguntur in aquam tempestuosam qui cadunt in mortalem culpam sed tamen adhuc possunt liberari. Illi absorbentur in profundum qui per longam consuetudinem sunt profundati in peccato. Et isti aliquando ex maxima dei misericordia liberantur. Unde dicitur in psalmo. Dixit dominus ex bassan conuertam: conuertam in profundum maris. Sed tunc puteus os suum virget et claudit: quando profunditas peccatorum animarum in desperationem dicit. Unde dicit beatus Augustinus. huic verbo alludens. Non virget super te puteus os suum. Secundo describit nauem ecclesie quantum ad gubernatorem Cum dicit. Habens gubernatorem. Ideo non potest naufragium sustinere. Non enim tanta est tempestas quam pater misericordiarum non habet in manu: prohibens eam cum viderit expedire. Unde dicitur Job tricesimo octauo. Quis conclusit hostibus mare quando erumperebat quasi de vulua procedens. Unde dicit beatus Bernardus. Quantumcumque seuiat tribulatio non putes te esse derelictum: sed memineris esse scripturam. Cum ipso sum in tribulatione. Unde etiam dicitur Isaie secundo. Cum per aquas transieris. tecum ero etiam.

*demigunt*

*absorbent*

*Includunt*

*Sequitur sermo*

**H**anc nauem dicitur  
 lam seculi  
 pulchritudo  
 fuerat deus nauem  
 qua posuit ad mare  
 celestem partem  
 la nauis naufragium  
 do ipse adam perierat  
 cit nauis synagoga  
 terrenis mercibus  
 iudeis tantum  
 Sed ista nauis nauis  
 culit quando gubernat  
 saluet christum

*ade in scylla q' vult vnde caribdi*



Aliquando tamen iste nauta per  
 mittit istā nauem temptacōnum  
 fluctib⁹ operiri ne homo securū se  
 credat: sed semp de se timeat ⁊ spē  
 suam in deo ponat Bernardus in  
 suis sermōib⁹. Nusq̄ est securi  
 tas fratres nec in celo nec in para  
 diso: multo min⁹ in hoc mūdo. In  
 celo angelis cecidit de presētia di  
 uinitatis. adaz in paradiso de lo  
 co voluptatis. iudas in mūdo de  
 scola saluatoris. Discipuli etiam  
 fuerunt in periculo in presētia sal  
 uatoris. Potest etiam dici q̄ ista  
 nauis ecclesie habet quatuor gu  
 bernatores scilicet quatuor virtu  
 tes cardinales. Naz prudentia eā  
 regit ab anteriori quasi proza. qz  
 eius est cauere a piculis v̄turis.  
 Iustitia a postiori quasi a puppi  
 quia eius est satisfacere de p̄tis  
 p̄teritis. Vnde ⁊ anime que ali  
 quādo iungūtur in nauē audiū  
 tur ⁊ iudicantur in puppi. Tempe  
 rantia a dextris ne nimis resolu  
 tur vel securaz se reddat in prospe  
 ris. Fortitudo a sinistris ne fran  
 gatur vel succumbat in aduersis  
 Tertio describit eam quantuz  
 ad remiges qui habent eaz dedu  
 cere. dicens angelos remiges. Re  
 migant autem angeli ⁊ ecclesiaz  
 deducunt cum tribus ordinibus  
 remōrum scilicet cum purgatiua  
 illuminatiua. ⁊ perfectiua. Nam  
 scdm dyonisiū āgeli habēt nos  
 purgare. illūmāre ⁊ perficere. Tūc  
 igitur angeli nauem ecclesie cum

hīs tribus ordinibus ⁊ mox ver  
 sus portū paradisi trahunt quā  
 do alios purgant a culpa. alios  
 illuminant in fide vera. alios pec  
 fitiūt in operacōne sollicita. Ista  
 tria notantur Actū. xij. in libera  
 tione petri dicitur enim ibi q̄ an  
 gelus domini ibi astitit: ⁊ lumen  
 refulsit in habitaculo carceris: ⁊  
 catenas fregit ⁊ ipsum excitauit  
 dicens. Surge velociter. Tunc an  
 gelus habitaculuz illuminat: qm̄  
 cor nostrum per veram fidem irra  
 diat. Tunc catenā frangit quā  
 do nexus peccatorū dissoluit. Tūc  
 velociter excitat: quando ad bene  
 operandum sollicitat. Quarto  
 describit nauem ecclesie quantuz  
 ad onus quod habet ferre eaz di  
 cit. Portans choros omnium sā  
 ctorum qui a nauē ecclesie portan  
 tur in tribus gradibus ⁊ statib⁹  
 distinguuntur scilicet virginali.  
 viduali. ⁊ matrimoniali. Quire  
 ro non est in aliquo istorum sta  
 tuum: nō est in nauē ecclesie quā  
 tum ad merituz sed extra. Et ideo  
 etiam subiungitur. Isti tres cho  
 ri ⁊ status saluandorum signan  
 tur per illos qui in ista nauicula  
 continebantur. Ibi enim erat do  
 min⁹ noster ihesus christus. ibi  
 enim erant discipuli eius ⁊ etiaz  
 homines admirantes. Per domi  
 minum nostrum ihesum christū  
 intelliguntur illi qui habēt virgi  
 nalem innocentia. p̄ discipulos il  
 li qui seruant continentia. p̄ ceteros

prudentia

Iustitia

Temperantia

fortitudo

3

pp̄t  
 Angeli Illuminant  
 Perficiunt



hijus tabus obibit  
 sus potu paradii  
 do alios purgant a  
 illum in ant in fide  
 fuit in operacione  
 etia notantur. Ad  
 tione peti dicitur  
 gelus domini ibi  
 refultit in habita  
 ceteras frage ip  
 dicens. Surge velo  
 gelus habitaculu  
 to: no tam peccat  
 diat. Tunc cetera  
 to nex peccat  
 velo iter certat  
 operandum sol  
 describit naue  
 d onus quod  
 it. Portans et  
 hocum qui a na  
 in tribus gradib  
 istinguantur sal  
 iduali. a matrimo  
 non est in aliquo  
 um: no est in na  
 am ad mentu sed  
 iam subiungit  
 a status sabua  
 re per illos qui  
 nantebantur. Ibi  
 in? no ter ihesu  
 tim erant discip  
 omnes admiran  
 tum nostrum  
 elliguntur illi qui  
 lem inno centia  
 qui seruant a

homines illi qui seruāt matrimo  
 nialem munditia; Isti autem vi  
 ri sunt de quib⁹ dicitur Ezech. q̄  
 to. Si fuerint tres viri isti i medio  
 eorum sci licet Noe. iob a daniel  
 ipsi in iustitia sua liberabunt ani  
 mas suas. Per noe qui rexit ar  
 cham cum vxore intelliguntur il  
 li viri coniugati qui suam regunt  
 familiā Per iob em̄ significatur  
 penitentes qui seruant continēti  
 am. Per daniellem intelliguntur  
 illi qui virginalē seruant pudī  
 ciciam. Quinto describit eccle  
 siam quantum ad arborem que  
 in nauī erigitur dicens. Erecta in  
 medio. In medio autem salutarī  
 arbore crucis. De ista enim arbo  
 re dicitur Ezechiel vicesimo septi  
 mo. Attulerūt cedrum de libano  
 vt facerent sibi in malum. Sunt  
 autem duo genera cedrorum. sci  
 licet cede⁹ qui nascitur in libano  
 que est valde alta. a odorifera a si  
 gnat crucem que a deo fuit alta  
 q̄ eius virtus in celum ascendit  
 Adeo odorifera q̄ patrem omni  
 potentem reconciliauit. Est a alia  
 cedrus que dicitur maritima que  
 poma producit. triplicem haben  
 tia substantiam: quarum prima  
 est calida. media temperata. vl  
 tima frigida. Ista autem cedrus  
 maritima est crux sancta que pro  
 tulit pomum. id est christum in q̄  
 fuit triplex substantia scilicet di  
 uinitas. caro. a anima. Prima sci  
 licet diuinitas fuit valde calida.

quia omnium vitiorum fuit con  
 sum ptua a omnium cordium in  
 flāmatiua. Ad Hebreo. duodeci  
 mo. deus noster ignis cōsumēs  
 est Media scilicet anima fuit tem  
 perata quia omnes virtutes in ea  
 suū tinent medium: nec vnq̄ ali  
 qua ad suum declinat extremum  
 Vltima scilicet caro fuit valde fri  
 gida quia ab omni cōcupiscētia  
 penitus aliena. Sexto describi  
 tur quantum ad velum quod in  
 ea suspenditur cum dicitur. Euan  
 gelice fidei vela suspendentes. Ve  
 lum igitur in hac arbore suspensū  
 est ipsa doctrina euāgelica. Sed  
 quia vela regalia consueuerunt  
 esse diuersorum colorum. ideo q̄  
 tuor euangeliste velum istud tex  
 uerunt a etiam diuersos colores  
 apposuerūt. Matheus enim agit  
 de christi incarnacōne que facta  
 est de infinita dei caritate Jeremie  
 quinquagesimo quinto. In carita  
 te perpetua dilexi te a cetera. a idō  
 matheus ibi apposuit colorem ru  
 leum. quia per colorem rubeuz ig  
 nita caritas designatur. Lucas au  
 tem apertius agit de christi passi  
 onē in qua domin⁹ noster ihesus  
 christ⁹ totus fuit demigrat⁹. Apo  
 calipsis quinto Sol factus est ni  
 ger tanq̄ saccus cilicinus. Et iō  
 beatus lucas apposuit ibi colorem  
 nigrum. Beatus autem marcus  
 apertius agit de resurrectione dñi  
 nostri ihu xpi. Vnde a angelus  
 qui eius resurrectōnem nuntiare

*Matheus apposuit  
 i velo rubeū. coloz.*

*Lucas coloz nigr⁹*

*Marcus coloz  
 candid⁹*



*Johes aureū  
colore*

venit in candida veste apparuit.  
Et ideo in eius colorem candidum  
apposuit Johannes apertus agit  
de christi divinitate que est aurea.  
Juxta illud Cant. quinto. Caput  
eius aurum optimū. Caput autem  
Christi deus est: ut habetur pri.  
Corint. sexto. Ideo apposuit ibi co  
lorem aureum. Septimo describit  
eam quantum ad ventū quo im  
pellitur cum flante spiritu sancto  
Psal. Spiritus tuus bonus dedu  
cet me in terram rectam cetera de  
istō vento spiritus dicitur. iij. Reg.  
xix. Ecce deus transiens a spiritus  
grandis a fortis subvertens mō  
tes a petras. Non in spiritu domi  
ni a post spiritū commotio. Non in  
commotione domini. a post commo  
tionem ignis. Non in igne dñs: et  
post ignē sibilus aure tenuis: a  
ibi dñs. Est enim quidā spiritus ma  
lus qui preest supbie. Lucifer Et  
iste est de quo dicitur. Spiritus grā  
dis a fortis. Alius est qui preest  
avaritie. s. māmona Et iste est de  
quo subditur Et post spm. s. commo  
tio. s. terrenorū. Et alius qui preest  
carnali concupiscentie. s. asinodē  
Et iste est de quo dicitur. Et post commo  
tionē. s. ignis concupiscentie dyabo  
li autē primo mentē occupat per  
supbiā. Deinde illaqueat per super  
biam a avaritiā. tandē ipsā inflā  
mat per malam concupiscentiā. Ha  
bet igitur naues suas. Una est na  
vis supbiā que ducit a lucifero.  
Alia avarorū que ducit a mam

mona. Tertia luxuriosorū que du  
citur ab asinodē. In nulla istarū  
est deus: sed habet nauē humiliorū  
pauperū a mūdiorū que ducit a spi  
ritu sancto quod est sibilus aure tenu  
is. Ipse enim delectat cum sit sibilus  
a refrigerat cum sit aura: a tran  
quillat cum sit tenuis. Octavo  
describit quantum ad portū para  
disi ad quem ducit cum dicitur  
Ad portū paradisi a securitatē que  
tis eterne ducit. In portu nauis  
sunt securi a ventis a piratis: sicut  
queti a laboribus pristinis. sicut opu  
lenti ex mercibus deputatis. Vni  
portus a portatis mercibus nomē  
accepit. Sed illi qui sunt in portu  
celestis patrie sunt securi a temptati  
onibus hostis: quieti a laboribus  
pristinis a opulenti ex mercibus  
bonis. Psal. xxxij. Sedebit popu  
lus meus in plenitudine pacis Ecce  
quod quieti in tabernaculis fiducia.  
Ecce quod securi. Et in requie opulen  
ti. Ecce quod opulenti.

Sequitur sermo tertius eiusdem.

**A**scendente ihesu in nauē  
culam. secuti sunt eū disci  
puli eius a cetera. Secūm  
autem beatus dyonysium super  
Mattheum. Quotiens cum domi  
num nostrum ihesum christum tur  
ba premebat ipse tamen refugia  
habebat. scilicet desertum. montes  
a etiam nauem. De isto autem re  
fugio deserti dicit Matthei sexto.



Venit iherosolimam in desertum a te  
 quiescite pusillanimes pusillue  
 a cetera. Erant enim qui remebant  
 a redibat multi. nec spatium habe  
 bant m aduocandi. De efugio mo  
 tis dicitur Math. v. Videns ihesus  
 turbas ascendit in montem. De efu  
 gio nauis dicitur Luce qnto. Cuz  
 irruerent ad ihesum. Sequitur. Ascen  
 dens ihesus in nauem vniam que  
 erat symonis a cetera Quotiens  
 cum igitur opprimimur a tumul  
 tib9 cogitationum vel temptatio  
 num vel sollicitudinum delinamus efu  
 gere ad desertum penitentie. quia  
 ibi inueniem9 quietem a refectio  
 nem. Johan. quinto. In mundo  
 pressuram habebitis: in me aut  
 pace9. Math. decimo octavo. Veni  
 te ad me omnes qui laboratis et  
 onerati estis: a ego reficiam vos.  
 Ad montem habitacionis eterne  
 a superne. De quo monte dicitur  
 in psalmo. Domine quis habita  
 bit in tabernaculo tuo a cetera. Ad istum  
 enim montem delinamus desiderio a co  
 uersatione ascendere. Ad Phil.  
 tertio. Nostra conuersaco in celis  
 est. Ad nauem crucis dominice. de  
 qua mystice dicitur vt habetur B.  
 Ascendente ihesu in nauiculam a  
 crucem suam p quam mare presen  
 tis seculi transtulit discipuli a fide  
 les eum sequi debent. iuxta illud  
 Math. xvi. Si quis vult post me  
 venire abneget semetipsum a tol  
 lat crucem suam a sequatur me.  
 De ista autem nauicula crucis qui

q sunt videnda. Primo que fue  
 rit eius causa. Secundo que fue  
 rit eius arbor. Tertio quid fuerit  
 eius velum. Quarto quis fuerit  
 eius mercator. Et quinto que fue  
 rit eius merces. Circa primuz  
 notanduz est q quadruplex est  
 eius causa scilicet efficiens. mate  
 rialis. formalis a finalis. Efficiens  
 causa fuit ipa beata trinitas scilicet  
 pater qui ibi posuit suam po  
 tentiam in quantum per baculum  
 crucis hostem potetem percussit.  
 Isaie tertio. A voce domini pau  
 bit assur virga percussus. Vnde  
 Numeri dicitur. Exurget virga de  
 israhel: a percutiet omnes duces  
 moaba a cetera. Filius ibi posuit  
 suam sapientiam in quantum dy  
 aboli astuciam per crucem sup cru  
 cis muscipulam decipit. Vn Au  
 gustinus. Venit redemptor a vi  
 ctus est deceptor. Sed quid fecit  
 redemptor captiuatori nostro.  
 Tetendit muscipulam scilicet cru  
 cem suam a posuit in ea escam sci  
 licet sanguinem suum. Ille autem  
 voluit recipere sanguinem non de  
 bitoris. propter quod excessit a de  
 bitoribus. Vnde dicit beatus Au  
 gustinus. Quia dyabolus immi  
 sic manum suam in istum scilicet  
 dominum in quo nihil iuris habe  
 bat. iustum fuit vt amitteret il  
 los in quibus videbatur alicuius  
 iuris habere a cetera. Spiritus san  
 ctus ibi posuit suam misericordiam  
 Ad Thitu tertio. No ex operib9

mona Tertia hunc  
 cicut ab aliis no  
 est de? sed habet  
 pauper a mduca  
 riuatitio q est f  
 is. Iste enim dicit  
 a refi gerat cum  
 quallat cum sic  
 de scabit quanni  
 disti ad quem d  
 Ad pnti parabi  
 tis et me ducit  
 sunt secuti a ven  
 qen a laborib9  
 lenti ex meribus  
 potius a potius  
 accepit. Sed illi  
 celestis patre sic  
 omib9 hostis. qu  
 pntis a opulenti  
 bonis. Vnde  
 meus in plebe  
 qui in tabernaculo  
 ecce q securi. Et  
 ecce q opulenti.  
 de qua n: sermo  
 H Scandens iherosolimam. secuti sunt  
 puli eius carnes  
 uenit beatus in dyabolum  
 aeterni. Quotiens  
 am nost. cum istum  
 a p remebat ipse  
 ateb at. scilicet  
 etiam nauem. De  
 glo dicitur dicit



institit que fecim⁹ nos sed fm su  
am misericordiā saluos nos fecit  
Causa materialis fuit. qz dicitur  
qz quatuor differentijs lignoz  
cōpaginata fuit. Pes em̄ siue trū  
cus qui in terra figebatur fuit de  
cedro. Stipes qui in altum figeba  
tur fuit de cipresso. Bra chiū siue  
lignū transversale fuit de palma.  
Tabula supposita fuit de oliua.  
Per ista quatuor significat qua  
druplex crucis efficacit. Prima ē  
quia malas cogitationes fugat:  
quod signatur per cedrū cui⁹ odor  
fugat serpentes. Secunda est qā  
in tribulacōne constantiā pstat  
qz signatur p cipressum que nul  
li⁹ venti impulsu comā amittit.  
Tertia ē quia ab hoste triūphat  
qz signatur p palmā; qua victo  
res coronabantur. Quarta est qz  
amaritudinē penitentie tempēt:  
qz signatur per oliuam; cuius li  
quor dolores vulnērum dulcorat  
In hīs quatuor casib⁹ consuevi  
m⁹ nos crucis signaculo munire  
vel cum aliqua mala cogitatio se  
ingerit; vel aliquod periculū se su  
bito immergit. vel cum aliquod  
fantasma dyabolicū sensibus no  
stris se obijcit. vel cū aliquis do  
lor nos arripit. Causa formal qz  
ad instar nauis in principio fuit  
angusta. i. medio lata. i. fine stri  
cta Sic crux christi fuit in princi  
pio angusta scilicet vt caput ibi  
locum non haberet vt sustentaret  
Sic fuit lata i medio vt brachia

in longum extenderentur. sic fuit  
arta in fine vt pes super pedem iū  
geretur. Causa finalis vt genus  
humanum per mare huius seculi  
securē transiret. Iste enim mun  
dus est mare: vallis a fluius.  
Ideo dominus noster ihesus chri  
stus parauit nobis crucē tanq̄  
nauiculā; scalam; baculū a pon  
tem. Quia enim mundus est ma  
re in quo multi periclitantur. Ideo  
dedit nobis crucē tanq̄ nauicu  
lam vt securi per eam transeam⁹  
vt saluari possimus. Sapien. de  
cimotertio. Exiguo ligno credūt  
homines animas suas a transē  
tes mare per eadem liberati sunt.  
Quia ē vallis. dedit nobis crucē  
tanq̄ scalam vt de valle miserie pos  
simus ascendere ad montem ha  
bitationis eterne. Ista etiam est  
scala de qua dicitur Genes. vici  
mos. vbi dicitur qz vidit ia  
cob scalam; et caumen eius tan  
geas celum. Quia est fluius. de  
dit enim dominus noster ihesus  
christus nobis crucē tanq̄ ba  
culum quo securē transuadere pos  
simus. Vnde dicitur Genes. vi  
cesimos. In baculo isto trā  
siui iordanem istum. Dedit etia  
nobis domin⁹ noster ihesus chri  
stus crucē tanq̄ pontem; quē  
tuti fluium huius mundi tran  
sire possimus. Vñ dicitur ad He  
breo. decimo. Christus assistēs pō  
tifer futurorū bonorū. fuit em̄ pō  
tifer. i. dest. pontem faciēs in quo



ponte ipsa *crux* pro trale supposita fuerit. Caro autē xpi pro tabula apposta et clavis firmata. Secundo videndū est que fuit arbor in ista nauicula. Arbor quidē fuit christus. Sicut enim in nauī arbor stat erecta: sic in cruce caro christi stetit erecta de ista enim arbore dicitur Ezech. xxvij. Cedru de libano tulerunt ut facerent sibi malū. Assimulatur enim christus cedro nō tantū propter sublimitatē sui sed etiā propter fructus qualitatē. Prima enim cedri in aliqua sui parte sunt dulcia et in aliqua acetosa: et in aliqua dulcia et acetosa simul. Sic in christo signatur tres substantie. Eius enim diuinitas fuit dulcissima. ei⁹ caro fuit amaritudine plena. *2<sup>a</sup>* p. A plāta pedis vsq; ad verticem nō est in eo sanitas. Ei⁹ etiam anima fuit dolore plena in quantū natuē sue elicta patiebat. Et fuit dulcedo plena: in quā tum diuinitate fruebatur. Psal. Cōscidisti sacrum meū. Ecce amaritudo. Et circumdediti me leticia. Ecce dulcedo. Tertio videndum est quid fuerit velū christi enim qui fuit arbor: fuit et velū. De isto velo dicitur Ezech. xxvij. Bissus varia et egipto contexta est tibi in velū. Istud igitur velū dicitur fuisse varium: quia contextum est de colore albo: et rubeo et aureo. Color albus est eius caro mundissima. Color rubeus est eius anima caritate feruentissima. Color aureus

us ē eius diuinitas pretiosissima. Cantico. quinto. Dilectus meus cādidus et rubicundus: electus ex milibus. Candidus propter carnis puritatem: rubicundus propter anime caritate: electus ex milibus propter diuinam maiestatem. Quarto videndum est quō in ista nauī fuit mercator. De quo dicitur Proverbiorū ultimo. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. In ista enim nauī portauit panem suum. id est seipsum qui dicit Johānis quinto. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi: et portauit de longe. Istud de longe dicit distantiam locorum: quia a celo in terrā. Vel dicit distantiam naturarū: quia iste panis constat ex natura diuina et humana que in infinitum distant. Vel dicit distantiam meritōrum: quia nulla nostra merita meruerunt ut deus omnipotens ad nos veniret et homo fieret. De isto pane dicit Jeremie. secundo. Mittam lignū in panē eius. id est cruce mittere in carnem eius. Quinto videndum est que sint merces: quas iste mercator portauit. De quibus mercibus dicit beatus Augustinus super illud Ad hebre. ij. Literaēt eos qui in timore mortis erāt. In isto seculo maligno: quid abundat nisi nasci. laborare et etiā mori. Nec sūt enim merces regionis nostre et ad tales merces etiam



mercator iste descendit. Et q̄ om-  
nis mercator dat et accipit. Dat  
q̄d habet. accipit q̄d non habet.  
Christ⁹ enim in ista mercaturā de-  
dit et accepit. Accepit a nobis q̄d  
h̄ abundat. s. nasci laborare et mo-  
ri. Dedit renasci resurgere. i. c̄nū  
vivere. Ex h̄is patet q̄ christ⁹ a  
nob accepit tres merces. s. nasci  
laborare et mori. De prima merce  
dicitur psal. ix. De secunda ps̄.  
Ego sum pauper et in laboribus a-  
iuenture mea. De tertia dicitur  
Phil. iij. Fact⁹ est obediēs vsq̄  
ad mortē: mortē autē trucidis. No-  
bis autem dedit suas merces. s. re-  
nasci. resurgere. et in eternū vive-  
re. De prima Job. pri. Dedit eis  
potestatem filios dei fieri. Eius dē  
iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̄  
et sp̄s sancto. De secūda dicit Ja-  
v. Ego ē suscitabo eū in nouissimo  
die. De tertia Luce. xij. Nolite tie-  
re pusill⁹. grex. q̄ complacuit pa-  
tri vestro dare vobis regnū. ¶

¶ **D**ominica quinta fimo p̄m⁹.

**S**imile est regnū celorū  
hominū qui seminat bo-  
nū semen in agro suo.  
Math. xij. **I**sta pabo-  
la de semināte bonū semē et de sup-  
semināte zizania; dñs p̄ semetip-  
sū exposuit. Scdm̄ cui⁹ explicatio-  
nē in isto euangelio plura viden-  
da occurrūt. **P**rimo videndū est

in xij  
p̄ dyabolū  
pauperū  
populū

quīs est iste seminator: qui sem-  
inat. Vt q̄ filius hominis. Dyabo-  
l⁹ quidē in mundo seminavit tria  
semina pestifera. s. ignorantiam.  
culpā et miserā. Ideo de celo venit  
celestis agricola portans tria se-  
mina illis. sc̄raria. s. sapientiam.  
gratiā et gloriam. De quib⁹ dicitur  
Job. pri. **V**idimus gloriam  
eius. Ecce semē glorie. Plenū gē-  
tie. Ecce semen gratie. Et veritatis  
Ecce semen sapientie. **P**rimo igitur  
dyabolus seminavit ignorā-  
tiam et ob hoc mundus erat tene-  
brofus. Ideo xp̄us portauit sapi-  
entiā illuminantē. Job. p̄. Lux in  
tenebris lucet ac. Roma. xij. Nox  
precessit: dies autē appropinqua-  
bit. **S**ecūdo dyabolus seminavit  
culpam. Et ob hoc mundus erat  
frigidus. Jeremie. vi. Sicut frigi-  
dam cisterna aqua suā facit: sic  
frigidam malitia facit animam.  
Ideo christus portauit gratiam  
inflamantē. Lu. xij. Ignē veni mit-  
tere in terras: quid volo nisi ar-  
deat. **T**ercō dyabolus seminavit  
miseriam et ob hoc mundus erat  
ignominiosus. **A**d tantam qui-  
dem miseriam homo deuencat ut  
iumentis similis erat. Ideo domi-  
nus noster ihesus christus porta-  
uit gloriam exaltantem. **A**deo q̄  
idem hominē exaltauit q̄ qui eāt  
iumentis similis: fecit eum fratrem  
suum. angelorum beatorum forti-  
um. regem celestem et omnibus  
creaturis prelatum et principem.